



3
Inter trinitatem & unitatem haec distinctio est quod unitas propter insep-
 arabilem deitatis substantiam. trinitas uero propter personarum diuersitatem
 uocatur, in personis enim discreta est indiuitate nulla distinctio est enim gen-
 itus & procedens; tria quidem nomina sed substantia una est sicut
 ignis candor & calor. tria quidem uocabula sed tamen una res est, in reuelatio-
 ne enim personarum trinitas est. in substantia uero naturae unus deus est. pater
 scilicet & filius & spiritus sanctus; de patre enim quia deus est apostolus testatur dicens. unus
 deus & pater ex quo omnia sunt; item de filio quia deus est alius ipse dicitur quorum pater
 ex quibus christus secundum carnem quiescit super omnia deus benedictus in saecula.
 De spiritu autem sancto quia deus est idem quia supra dicitur; diuisiones donationum sunt idem
 autem spiritus. diuisiones operationum sunt idem uero deus, ecce pater & filius & spiritus sanctus
 deus est. sed non triplex deorum numerus in illa trinitate credendus est; scriptum est
 enim. ego sum deus & non est alius pater et me. & illud audis rex hel deus deus tuus. deus
 unus est. & in re uero deos credere profanum est & trinitatem in personis non distin-
 guere impium est.

Inter personam patris & filii & spiritus sancti. ita discernitur. quod pater nec factus nec
 natus est. filius natus non factus est. spiritus uero sanctus nec factus nec natus sed ex patre
 procedens est, proinde pater a deitate habet sine natiuitate. filius natiui-
 tatem cum a deitate. spiritus uero sanctus processionem sine natiuitate; pater ex nullo
 exordium ducit. filius ex patre originem sumpsit. spiritus uero sanctus ex patre filioque pro-
 cedit, haec tamen uobis traduntur de deitate. ut potest in intelligentia humana
 capere. nam quis considerare sufficiat ipsius trinitatis interna mysteria. quo
 modo pater & filius & spiritus sanctus personae sunt una naturae. Quomodo pater inge-
 nitus. filius genitus spiritus uero sanctus nec genitus nec ingentus. Quomodo filius de patre
 natus est spiritus uero sanctus de patre procedit & filio. Quomodo filius nascendo non pro-
 cedit spiritus autem sanctus procedendo non nascitur. Quomodo pater numquam sine filio
 & tamen sine filio pater genuit filium. Quomodo filius numquam sine spiritu sancto. & ta-
 men ait. nisi ego ab iero patre & factus non ueni & spiritus. quomodo filius non de se sed
 de patre est. nec tamen est posterior de quo est. Quomodo spiritus sanctus de patre pro-
 cedit & filio tamen ab eis proceditur a quibus procedit. quomodo tria unum
 sunt & unum tria. Quomodo ad se inuicem reuelatiue tria sunt essentialiter
 unum sunt quis ista consideret quis ista comprehendat si enim humanae natiui-
 tatis christi secreta non capimus diuinae naturae mysteria quomodo capiemus.

Inter essentiam dei & substantiam hoc quidam definiunt. quod substantia est
 id quod non ab alio sed semper existens hoc est quod propria uirtute se uirtute

lib. mon. aug. in. 10. p. 15.